

CLAUS

SPECILEGUM



BX1756

.A1

C5

1773


v.2

c.1

008420



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080020875

R. D.
JOSEPHI IGNATII CLAUS

S.S. Th. Licent. Canonici August. &c.

SPICILEGIUM
CATECHETICO-CONCIONATORIUM,
ID EST
CONCEPTUS EXEGETICI

Pro Dominicis & quibusdam Feriis ac pro Festis per annum.

TOMUS SECUNDUS.

In quo agitur de duobus ultimis Catechisini capitibus, videlicet de Sacramen-
tis, de Iustitia Christiana, & demum de quatuor Novissimis.

Quibus ad calcem hujus Secundi voluminis accedit Appendix, seu brevis Annotatio, qua-
ratione hi Conceptus ad formalera Catechesis applicari possint.



VENETIIS,
Sumptibus HEREDIS NICOLAI PEZZANA

M D C C LXXXIII.
S U P E R I O R U M P E R M I S S U.

45064



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE NUEVA LEON
BIBLIOTECA VATICANA Y TURINA



UNIVERSIDAD NACIONAL
DE COAHUILA, GTO. DE MEXICO
BIBLIOTECA VATICANA Y TURINA

P R A E F A T I O
AD VENERABILEM GLERUM DE ZELO ANIMARUM.

Emperore Trajani Imperatoris fuit Romanorum civium nonnemo, qui alieno arte supra vires gravatus, & importuno apparitorum, creditorumque incuria molleto vexatus, licet indies ad judicem citari metueret, nihilominus latari, epulari, genio indulgere, & in utramque etiam aurem placidissime dormire solebat. Is, ubi ad incitas redactus, & bona illius sub hasta vendita sunt, justit Imperator fibi culicatum, in qua ille dormierat, afferrari. Quæstus, cur, & in quem finem? repofuit, fieri non posse, quin ea culicata ad somnum conciliaendum magnam vim haberet: Macrob. in Saturnal. Quo dicto Monarcha horinis incuriam perfringere, diceretur volunt, fibi imperceptibile videri, qua ratione homo tot debitorum reus, & a iudice exactione, ipsiusque incarcerationis supplicio nec in momenta fecurus, tranquilla quiete, tonnoque frui posset. O quot Sacerdotes, ad curam animarum deputati, huic civi Romano conserui valent, qui, licet immensis obligationibus Deo, & Ecclesi obstringantur, scientque, se ad Divini Judicis tribunal exactissimum rationem de sui munieris administratione reddituros, tamen adeo lecure dormient, aci cum pastorali cura nullam curam suscepimus, aut, ut cum Melissio Ep. 24 ad Henr. Senon. Archiepisc. loquar, ac si ne curis jam nulli essent, cum ad curam pertenerint. Ideo cum pingue beneficium natiui sunt, hui toti aquim convertunt, ut jovalies dies fibi procurent, ut ari, argenteum thetauros accumulent, ut domum pretiosa supellecile exornent, ut agros focendent, ut divitem melsem colligant, ut familiam ditent, & philareria sua dilacent. Quid autem in cura animarum? Ehhe! hic autem indormiunt. Quid deinde fit? Cum dormirent homines, venit inimicus homo, & seminat zizania. Volo dicere. Causa, proper quam in agro Ecclesi omnis generis vita invalefecit, si non unica, talem præcipue est Sacerdotum in cura animarum somnolentia. Agite, removamus perniciosam hanc culiciram, id est, ferio consideremus, quam fatime, similique periculorum munus sit cura animarum, & quas qualitates illa a nobis exigit. Vir nobis, si Supremus vivorum & mortuorum Judex Deus secundum proportionem nostræ obligationis judicis severitatem acut & menefuerit. Memorabile enim est dictum Joannis de Avila, quem a vita sanctitate, & Verbi divini efficacia celebrat Hispania: Tot, tantæque, ait, sunt Pastorum obligations, ut, qui vel tertiana eorum partem reipæ impleret, sanctus ab hominibus æstimaretur, cum tamen eo solo contentus gehennam non sit evalurus.

2. Qui officia publica in ordine ad gubernandas ciuitates & regna tam pacem quam bello admirantur, ingenti id fibi glorie ducant, putantque, totum universum obsequia utiliter praefitia, neicio quanta gratitudine, fibi esse obstrictum: Ego, inquit militum nonnemo, vires, vitam & sanguinem ad patris & Principis defensionem consecro. Ego, ait Medicus, pro conservandis bene valentibus, & restituendis ægrotantibus operam impendo: Ego, ait Juris consulus, pro decedentis litibus, & tribuendo cuiilibet jure suo du noscique ingenium fatigo. Ego, inquit Judex aut Magistratus, pro promovendis subditorum commodis, & exirpandis difformorum vitis utilissimas leges facio. Ego, inquit Princeps, pro remunerandis bene meritis premia, & pro panendiis perdulibios gladium porto. Laudo hæc studia ad bonum publicum totius universi ordinata, & querro, ad quid Sacerdos in mundo? Respondebat expedite gentianus Apostolus: (1. Cor. 3.) Dei coadjutores sumus. Quasi diceret: Nostrorum laborum finis & scopus non est temporalis Reipublica per unum vel alterum seculum duratura felicitas, sed eo collimat, ut Deum Optimum Maximum, qui per totius mundi creationem, conservationem, beneficia, inspirationes, aliquid opera nisi nullas querat, verbo, exemplo, aliisque muneri nostri functionibus advenimus, que cooperatio nostra actiones qualcumque politicas, & totius mundi regimen in fantum, quantum immortalis anima res transitorias dignitate trancendit, dicente celesti illo Dionysio: (de celest. Hierarch. c. 3.) Divinorum omnium divinissimum est, Dei cooperatorum agere in reductione animarum. Et hac munieris sublimitas tanta est, ut arbitrentur nonnulli Theologi, ad custodium Sacerdotis in cura animarum laborantis duplicem Angelum deputatum esse, unum, qui propriæ animæ salutem curat, alterum, qui in negotiis ad curam animarum pertinentibus illum ducat & illuminet: Præterea dicunt, longe uberiora esse gratiarum dona, quibus Deus ejusmodi Sacerdotem præ alias cumulat, illustrando intellectum, inflammando voluntatem, & tribuendo illi capacitatem ac potentiam, ut muneri suo iatisfaciat. Nocte Dominica Nativitatis, cum pastores super greges suos vigilabant, subito Angelus celesti splendore coruscans adstitit iuxta illos, & claritas Dei circumfuit illos. (Luc. 2.) Queso, qua de causa pastoribus tanta coeli benevolentia obtigit, quam

a ii nec

008420



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

iv PRÆFATIO AD VENERABILEM CLERUM.

ne Regibus, nec Principibus tunc temporis obveniente legitum? quo factò Angelorum consilio, & ipsa Dei claritate illustrati merueruntur & S. Gregorius refolvit dubium & respondet, hanc gratiam illis obtinisse, quia fuerunt pastores, & quidem custodientes, ac vigilantes super gregem, ex quo allegoricum argumentum ducens ad Sacerdotem ait, Homil. 8. in Evang. *Dum ipse super gregem vigilans, divina super eos largius grata conseruat.* O Pastor animarum! pro hac gratiarum multiplicitate qua tu es vicimus obligatio? Profecto tanta, ut Deus omnia vita tua momenta suo servitio vendicare posset; verum hoc pertransiit in animas tuas opis indigas, & quidquid oblegiorum illis impendis, quasi sibi factum acceptat. Perpende igitur, quid sit illud objectum, ad quod te munus tuum obligat? Est anima vel in gratia Dei conservanda, vel recuperanda. Cogita, & cujus manibus recuperanda sit? E manibus diaboli. Cui recuperanda sit? Christo Redemptori.

3. Verum cura animarum non solum sublimis, sed & valde arduum & periculosum munus est. Quid enim nisi? Angelii sunt Spiritus intellectu perpicaces, sunt voluntate in bonum proclives, sunt glorie divinae zelatores, sunt potentes & operativi, ita, ut unicus Angelus plus valeat, quam centeni mortales; & tamen Concilium Tridentinum Spiritus Sancti instinctu pronuntiavit, curam animarum esse onus Angelicis humeris formidandum. Quare? Ex multiplici ratione. In primis oportet Sacerdotem, qui animabus regendis praestet, ab omni non solum peccato, sed a peccati etiam umbra esse immunem: Sicut enim substantiae foli proximiores debent esse tenores, & limpidiores, ut solarem lucem acceptam in inferiores substantias propagent; ita animarum curator, ut in eis, quos cura sua concretos habet, gratia & amors Divini lucem transfundat, necesse est, ut sit præstissimum, & ab omni morum nœvo alienus. Hinc divina ordinatione constitutum est, ut in incruento Missæ Sacrificio Sacerdos prius lepsum, quam populum committat, quo indicatur, Sacerdotem coelestibus donis prius debet impleri, quam illa ceteris distribut; & sic verificatur illud Dionysii, de celest. Hier. in fin. Non sine periculo domini in rebus se ducem prestat prejunit, qui non per omnia evenerit filius Deo. Deus est impeccabilis per naturam; igitur Sacerdos in verbo, & cogitatione tam innocens, in conversatione tam modestus, & in vita faciliter tam inculpabilis est, ut sit quasi impeccabilis per gratiam. Altera deinde ratio, cur animarum cura sit munus valde arduum & periculosum, in eo consistit, quod facilius sit pervertere quam convertere: Natura humana, vitio protarentur depravata, per se prona est ad malum: igitur, cum Sacerdos continuo revertetur inter peccatores, imo de suo officio illos corrigeret, corripere, admonere, solari, absolvere, & alia obsequia illis praestare tenetur, facilmente contingit, ut ipse potius depravetur, quam ali emendetur, eum ferre in modum, quo scopa domini quidem purgat, illa tamen fortes contrahat. Nullus dubito, quin Petrus Apolostolus tempore Paliensis Dominicis in atrium Summi Pontificis intraverit, eo fine, ut occasionem nanciscatur Christum defendendi, ejus innocentiam demonstrandi, & odium furiosæ gentis tranquillandi, & tamen inter feceleratos eo impetratis progressus est, ut Divinisim Magistrorum trinitis vicibus negaret. Nempe corvi inter columbas adeo non genuit, ut potius columba, teste Oleo, inter corvos crocirent. Labet aliam audire similitudinem? Inveniamus hominem, qui ad amicum venenosa, aut pestilenti ægritudine documentem invisit, quid agit? Natus opobalsamo obstruit, halitus retrahit, ad ægrotum non ita propinque accedit. Quare? Ne morbum contrahiat. Sed nunquid illa plenissima corporis valetudine fruatur? Ita est. Cur ergo non sperat, quod ægrotanti potius sanctorum impetrari, quam ab eo infici posita? Quia fanitas inservientis non est tam operativa, quam ægritudine documentantis. Par ratio se habeat in nostro cau. Jafus convernatur cum peccatore, & grandius igitur periculum subfert, jutum migrare in peccatorum, quam peccatorum in justum. Et ita in hunc sensu loquitur S. Gregorius, ap. Mich. de Calv. Conc. 5. §. 1. n. 10. *Quemadmodum facilius est morbo alieno infici, quam largi sanitatem; ita facilius virtutis contrahere, quam virtutem largiri.* Tertia denique ratio, propter quam cura animarum est munus valde arduum & periculosum, illa est: quia in Sacerdotem omnia subditorum peccata redundant, quae ipse non impedit, aut negligenter vel malo exemplo caudivit. Cum Patriarcha Moyes in monte Sinai verbabatur, interim in valle populus Israel idololatria impetrare verum Deum reliquit, & confitilem vitulum adoravit. Reverus Moyes de monte, ubi choros, & choreas confixit, vehementer bile in Sacerdotem Aaron inventus ajebat (*Exod. 32.*) *Quid tibi fecisti hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?* Quid sibi vulnus Patriarcha? cur in Aarone iram exonerata? Non ille vitulum adoravit, non ille choros duxit, non ille hanc injuriam supremo Numini intulit, sed populus. Si ergo irasci vult Moyes, irascatur populo, non Aaron. Absit hoc: subintulit hic Doctissimus Brixianus, Aaron Sacerdos erat, & in absentia Moyes supremus populi Pastor; cum itaque ex officio suo impetratatem populi præverteat, & idololatrico cultu viribus omnibus resistere debuisse, idque facere neglexit, merito Moyes in illum prece-

DE ZELO ANIMARUM.

ceteris omnibus justissimum animi dolorem, & iracundiam exoneravit. Hoc eadem tragodis, ut arbitrus, in illa judicii dicto contingit. *Sacerdoti (verba sunt citati Autoris in Exod. 31.) Sacerdoti adscribitur peccatum populi, quod non omni conatu reficeris. Nunc in grege Christi, id est, in Ecclesia invictus mandatorum prevaricationes, choreæ, vel illum levitates, propriaea conventicula, ebrietates, impudicitæ, iniustitiae, aliaque sceleræ; videt hac animarum curator, rideat, tacet, & dispergit: At in extrema judicii die peccatorum omnium, quæ non impedit, grayiliama ratio ab illo expolletur, quod non omni conatu reficeris.*

4. Nec tatis hoc! Dominus Deus a Pastore animarum non solum rationem requiret de peccatis commissionis, sed etiam omissionis! Cum ad iudicium ventum fuerit, quæstio mihi proponetur, cur non in cathedra tam eloquens fuerim, ut Paulus? cur non in amore Dei tam ardens, ut Augustinus? cur non in convertendis peccatoribus tam zelofus, ut Xaverius? cur non in reformandis malorum moribus tam laboriosus, quam Carolus Borromeus? cur non in curandis ægrotantibus tam officiosus, quam Philippus Neri? cur non in instruendis studiis tam sedulus, quam Ignatius, & quæ sunt similia? Præteritum sancti meæ patriæ, mei nominis, meæ Ecclesiæ, & quæ eadem mecum vocatione laborarunt, ante oculos adducant, & quæstio ex me fieri, cur eorum sanctitatem non affectus sim, quam tamen Deus, & forsan maiorum, si primæ gratia condigat cooperatus fuisset, mihi dediceret? Eheu! quid respondebo? Sancti Evangelistæ (*Matth. 25. Luc. 19.*) enarrant, prædictum aliquando domini abiisse in regionem longinquam & servis suis talenta distribuisse, uni quidem decem, alteri quinque, & alteri duo, qui omnes in absentia Domini negotiati alterum tantum literati sunt: Ille vero, cui Dominus unum talentum tradidit, illud in terra defosum abscondit, nec lucrum coligit. Quid evenit? Rediens ex aliena regione Dominus in deficitum famulorum acriter inventus iustit illum ejici in tenebras exteriores. Eheu! quid mali fecerit? an dissipavit substantiam Domini? an forum commisit? an fidem prædictum violavit? Nihil minus, sed totum eius delictum fuit, quod negotiari, & lucrum facere omisit. O bone Deus! in hunc ipsum iudicis rigorem etiam incidet Pastor animarum, non queretur quid boni fecerit, sed quid boni magis magisque facere neglexerit; nec latiscietur suo muneri, si animis ibi commissis confervet, sed requireret, ut illas cum lucro bonorum operum restituat. Ideo S. Hieronymus in hunc ipsum Evangelium locum disterte docet, Clericum otiosum & ignavum sub aeterna damnatione reatu obligari, ut loco potius cedat, quam sublimissimum munus curæ animarum, cui imparem te invenierit, inepte administraret. Verba sancti Doctoris (*in Epist. 1. ad Heliodor.*) sunt: *Quare non depoluisti ad Altare, quod fieri non poteras? Iun enim ignavus negotiator denariis tentis, alterius locum, qui pecuniam duplice poterat, occupasti.*

5. Advertisit modo, Dilectissimi, qua de causa Viri iunctum, Divini Spiritus gratia vere illuminati, tantopere fugerint Sacerdotii & cure pastoralis dignitate, ut, cum coacti illam subiungunt, quafi sub intolerabili onere ingemuerint. Tempore, quo Mediolani, Sede Episcopali vacante, populus in templo congregatus de deligenda Successore deliberabat, repente elinguunt infantulus prodigiola vox exclamavit: *Ambrosius est noster Episcopus!* (Stengel. in Opt. Prælat. p. c. 3.) Ecce: Ambrosius tunc temporis adhuc catechumenus, audita hac voce, cui prælens aderat, adeo cohonorat, ut proxima nocte profugus abiectus, non amplius reditur, nisi divinam Dei vocantis voluntatem manifeste agnouisset. S. Gregorius in Pontificem electus non tantum ex urbe profugit, & in loco solitario nemine concurso dia delirat, sed ad Mauritium etiam Imperatorem, penes quem tunc temporis erat confirmans, supplices litteras dedit, per omnia facra & lantæ illum rogans, & obtefans ne suæ contentur electionis. S. Ammonius Eremita, Vir (ancoratus) iam celebrissimus, cum vacante Episcopatu advertit vota Electorum in se confipare, piamo refutare & protestari, deinde etiam, ut ad arduum munus inhabulenti se redderet, auriculam sibi præcidiit. S. Malachias Vir Spiritu Dei plenus & miraculis clarus in Episcopum electus ea pertinacia relatus est, ut arduum & difficile munus certo non sucepisset, nisi ab Episcopis, cum in finem congregatis, anathemas communione fuisse compulsus; omnem enim, at Bernardus in ejus vita, *omnem locum sublimem velut precipiendum reformidabat.* Itaco quidem plura id genus Sanctorum exempla, sed non potius non meminisse illius effati, quod Pius V. Pontifex Moyses & Sanctissimum pronuntiavit de Papatu, atque perinde pronunciari in genere potest de cura animarum: *Papatum, ajebat, non esse rem desiderabiliter, sequi in eo tot molestias, & labores experiri, ut cum sis paupertas, & disciplina, quam in vita Religiosa prius subiugat, nullo modo effici comparanda.* Quare, quoties Religionis recordabatur, suspirabat, asperbarque, te nunquam, & nulquam nisi in illa inveniente veram animi quietem: unde max, ut creatus fuit Pontifex, expallescens, & quali horrore perfusus ajebat (*In vita Pii V. Pont.*) *Ego quandoq[ue] fui Religiosus, bene speravi de mea salute, fatus Cardinalis capi timore, jam creatus Pontifex pene defero.* Hoc plus, qui, Clavis Speciæ. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

a iii si illus

si illos unquam , certe illi sublimissimo gradu dignus fuit , quem prudentia , fortitudine ; sanctitate , & miraculis adiutoriis illustravit , ut ab ipsius die mortis & vita ad ejus sepulchrum non cesses dilectissimi ! si viri zelo , prudenter , & sapienter conspicuus pastorale munus adeo exhortuerunt , cogitare , quo nosire res sunt loco , qui caco pruriunt , exigua scientia , & nullo forsan tuto infracti , aut , quod peius est , circa Dei vocantis voluntatem , & parentibus intrusis ob recommendationes . Patitorum , ob pinguiorē officiis , ob prelatis & redditus , ob vita commoditatē , aut alios fines inanitius ad hunc dignitatis gradum convolavimus ? O quam vere id genus Sacerdos nūdum verbis uti , dicereque sibi posset : Dom eram laicus , bene speravi de mea salute , factus Sacerdos coepit dubitare , jam promutus ad curam animarum , pene deperire .

Quid dicam de anxietate & confectione , quam Viri sancti in extremo audeundis articulo hoc super minera passi sunt ! Ibi , ubi mors oculos corporis quidem clausit , anima vero apertis , ut traditoris vita vanitatem , & onerosas status sui obligaciones clarissime , ut nonquam alias magis , perpexerint , heu ! quantum trepidarunt , quantum sudarunt , quantis geminitis supinariunt , videntes appropinquare momentum , quo non solum de se , sed & de animabus fidei sua concurrit distractio iustici rationem essent redituri ? Cardinalis Alexanderius Pii V. Pontificis nepos , cum in moribus letole timidus & trepidus ultimum momentum expectaret , hac in verba erupit : O quam in haec hora oparem totam vitam in Religione mea (erat enim Dominicanus) exegit ! Nicolaus IV. ex Franciscano creatus Pontificis jam non moritur ingemuit , dixique , malefice in Monasteri fui coluna inter coquos , quam in Aula Vaticana inter Cardinales vixisse . (Platina in vita Pontificis .) Leo XI. in mortis articulo incontonstabilitati afflitus , cum illi in latere adstante Confessarius diceret : Bene speret tua Sanctitas , quia claves cœli manus tenuit : cura geminita repulit : O quam longe melius ipsarem , si claves pauperis comboli janitor reuulsit ! Omni Pauperrimam , ne dubita , hac eadem erit & nostra proportionaliter anxietas , cum in illam horam inciderimus . Nunc , dum bene valeamus , bunt geni vivimus , quia honor & voluntas mentem excancant ; nunc ad laxitatis principia vitam conformamus ; nunc functiones officii nostri potius ex confunditur , quam finiter gloria dividitur zelo peragimus ; nunc corporis magis quam anima commodis vacuumis ; nunc seculi mores indimus , & inter laicos , si non frigide , taliter tepide vivimus : Verum peracta mundi fabula cum magnitudine , & coram Deo Justice comparandum erit , in mentem nobis veniet tota vita series , una cum obligationibus status , cogitabitque uniusquisque : Eheu , quid de me fieri ? quam sententiam audire debeo ? In mea Parochia invalevere impudicitiae , ebrietates , inimicitiae , detractiones , injuritiae , & alia mala ; quid , si inexorabilis Judex horum omnium culpmi imputet ? quid , si exprobarit , nec peccata omnia suisse extirpanda , si modetior , si zelonor , si fanticor yixissent ? quid , si scandala inde exorta in me refundat ? quid , si ex mea negligencia anima periret , quæ jam in ferme vindictam clamaret ? Hac in mortis articulo ente conscientias nostræ lutka , & maxima tristandi , ac ferre dixerint , desperandi materies .

Quid ergo consili ? O Sacerdotes Domini ! Nil aliud consilii nobis superest , nisi excepta , & indefessa in cura animarum vigilans . Apollonus Tyaneus , (Philistrii in Apollon. 12.) cum Vespasianum necum Imperatorem diligenter ad tractandum negotia surgere compreserit , dixisse fertur : Hic Vir imperatur . Et revera rem acu retigite ; adeo enim Vespasianus muneri suo fatiscit , ut in Embolmante dicerit ut solitus : Imperator debet statim mori . Eandem vigilans arbitror necessariam esse illis , qui cura animarum defervant . De manuque in vesperam hinc negotio negotiorum maximo intenti esse , immo verbo , exemplo , conversione , morum gravitate & innocentia , eo collimare debent , ut extirpetur vita , ut tollantur abusus & morum corrupcio , ut retardetur inferni portas , & Dei gloria quotidie magis ac magis exalteatur ; familes debent esse Delphino , qui etiam dormientes continuo moverunt , familes Leonis , qui aperiens oculis dormit , familes soli , qui sine fine in mundum circuite , & omnia perlustrat , dealbat , & purgat , donec tandem fiantes , id est , pro salute animarum labores mortiportant . Quid autem , si e Panoechianis discoli guidam , capitolii , ac rebellis inventariantur , in quibus omnis fructuans remedia & Christus Dominus , vere Pastor bonus , qui etiam carne & sanguine pacite oves , habebat inter duodecim Apostolorum icandalionum & nefarium , videlicet Judam Itacitonem , qui fur erat & fato in Manz unctio scandalum capavit , inquiens : Quare hoc unguentum nunc venit trecentis denariis ? In ultima cena atdidens inter discipulos una cum agno Paschalitatis crucifixum Divini Agni prodidit , prout loquitur Ambrosius . Hunc Salvator apiebatur oculis , & detebat corde , atque miris omnino adhucnitionibus conatabat ad possemitiam redire . Profernebat te ad ejus pedes , ut cor illius lapideum emollieret : Lavabat fordi-

dos

dos illius pedes , ex ipso traditionis negonio conspircatos : Dabat ei corpus suum in cubitum & sanguinem in potum , tandem , ubi nulla profiere charitatis insignia , in has minas parupit : Ve homini illi , per quem Filius hominis tradetur . Vix ore protulit illud horribile Vœ , cum illico concurbatus est , dicente Evangelista : Cum hec dixisset , turbatus est spiritu , & prostratus . (Joan. 13.) Haec concurbatio in admirationem rapit Cyrilum Alexandrinum , qui Salvatorem ita alloquitur : Cur paves , cur contremiscis , cum turbaris innocentissime JESU ? Et sibi ipsi responderet : Vidi Benignissimum Dominum & discipulis unum , cura tuae commissum & a Pare commandatum , obtinente perire , & quia apprehendens reddendum rationem anticipative protestabatur : Pater , quos dedisti mihi , nemo ex eis periret , nisi filius perditionis . Quasi diceret : Pater , novi dicti & tremendum iudicium , quo exadat rationem petitorum es a pastore de oviis sibi commisisti : Duodecim tradidisti mihi , omnes fideleri custodi . Perit nus non mea , sed tua culpa , & ideo non mihi , fed illi ipsi imputanda est ejus perditio . Ve homini , per quem crudar ego ! (Cyrilus Alex. in c. 13. Joan.) Eundem in morem animarum Pastorem continuum esse oportet : Initio blanditus , & promisus agat , discretione utatur , Dei auxilium invocet , manus peccatoris pedibus laberint , carni , & sanguini , id est , viribus corporis non parcat , & nullum non moveat lapidem , ut animam Christi lucifraciat : Deinde , cum desperata fuit remedia , latenter id agat , ut turbetur , ut tristetur , ut Deo condoleat , & sic tandem in mortis articulo protestari posit : Domine , quos tradidisti mihi , non perdidi ex illis quemquam , nisi illum filium perditionis , qui perire , quam medicinam admittere salutarem maluit . O mi Sacerdos ! si id cum veritate affirmare valeas , magna est tua felicitas ; promisisti enim fidellissimum Deus decipi & decipere netus : (Jac. 5.) Qui converti fecerit peccatorem , sicut salvator animam suam . Ubi venerabilis Beda : Qui converti fecerit peccatorem , peccata sua ab aspergo Judicis per animam salvatam contingit . Age ergo , ut hunc , de quo loquimur , animarum zelum , non meo , sed divino ore tibi commendem ; imaginare tibi Pastorem animarum maximum , Christum , in terris ambulantes , ea forma & figura , que Petrum , quem suum in terris Vicarium constituit , amicis allocutus , illi animarum curam his verbis commendavit : Simon Joannis , diligiri me plus bis ? Pascere oves meas , pascere agnos meos . Imaginare , inquam , tibi , quasi Christus eadem verba ad te loqueretur , subjingeretque :

Allocutio Christi ad animarum Pastores .

8. Num , si unquam alias , (Isa. 55.) verbum meum , quod egreditur de ore meo , non revertetur ad me vacuum : sed faciet , quicumque volui . (Psal. 118.) Nam ignitum eloquium meum vehementer , & servus meus dilexit illud . Scio nimirum , cui loquar , cum tibi , o Pastor animarum , loquor : Apofollo meo loquor , Petro loquor . (1. Reg. 2.) Suscitaro in te veloci Sacerdotem fidem , qui iuxta cor meum , & animam meam faciet . Age , nunquid est cor tuum rectum , sicut cor meum cum corde tuo ? Aperio ego tibi cor meum ; aperi & tu unti cor tuum , idem utriscum affectus , eadem cura est . Mea cura cura est animarum , & quidem sola ; cum nihil agam , quod harum causa non agam . Etiam tua cura est animarum . An Iola ? an faltem summa ? an , quidquid rebus alius ac negotiis curarum impendiis , animarum utilitate metris ? Pauci tibi prouentur sunt : Gaudebis , quod tu meo , anima tuo Apofolica Panperitatis exemplo proficiant . Abundas ? Providi ego tibi liberius , ut tu animabis provideris labentius , ex meo vivis . Mibi haec bona fideles donarunt ; ego tibi . Jam tunc , cum parentibus opes , Mecenatibus animam , vel tibi desiderium dedi addicendi te litteris , id non egi , ut te inflaret scientia , (1. Cor. 8.) sed ut a primis annis rudibus Magistrum formarem , ut elles oculis caco lope clando , (Job. 29.) ut ab his , quorum Patrem te feci , procil effici ignorantia Mater errorum . Cum dispositio mea super Ecclesiæ candelabra es positus , (Matth. 5.) obligasti te Patrono , obligasti Ecclesiæ , obligasti te mihi , quod nolis oriole latere sub modo , sed lucere omnibus , qui in domo sunt . (Luc. 11.) Vide ergo , ne lumen , quod in te est , tenebra sint , ne in imponenti te oneres , dum omnes , qui te præfecerint , in te exonerant conscientias suas , transfluti aliquando ex Patronis in accutores , me , qui maximè sum latus , ferente sem tentiam . Vnde quis atrocius luditur ? Legatio pro me fangerit . (2. Cor. 5.) Nihil in Legato parvum ; sive culpam , sive meritum species . Familiorum infinito negligenter agenti condonabile culpm ipsa damni exilitas facit : At in Legato negligenta equiperates perfidias , quae Principis ac patriæ honorem & comoda prodat . Maledicui , qui facit opus Domini fraudulenter . (Jerem. 48.) Periclitante vel una anima mei nominis gloria , mei corporis membrum , Ecclesiæ sponsa mea proles , caelitis patriæ civis periclitatur ; an

a

viii esse

